



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

Cap. 1. Quid sit ordo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

Sacerdotes infra palmam, vel in exteriore manus parte vngi solent, quamuis nihil refert, etiam in ipsis palmis inungi, cum haec unctionio ab altera diuersa sit,

Nihil obstat S. Viaticum dari etiam post acceptam extremam unctionem, eò quod S. Eucharistia finis sit, ac perfectio reliquorum Sacramentorum, quam proinde decet animæ pæ bere, postquam alijs sacramentis plene purgata est. Seruanda tamen est Consuetudo Ecclesiæ, cui nequaquam aduersatur, quominus post acceptam S. Eucharistiam & Extremam unctionem, si infirmus aliquanto tempore viuat, & Viaticum iterum petat, ei ministrari debeat.

## TRACTATUS IX.

### De Sacramento Ordinis.

#### CAP. I.

*Quid sit Ordo.*

**O**rdo est parium, dispariumque rerum, sita cuiusque loca distribuens dispositio, sic inter Angelos nouem Ordines reperiuntur: inter homines quoque in quouis Exercitu bono instructo, in quauis Republica: status reperiuntur quoru' unus altero superior, aut inferior est, ut ordo senatorius equ-

equestris, plebeius : Similiterque in Christiana Republica duo sunt genera , seu status hominum, Clericorum videlicet & laicorum. Dicuntur autem Clerici, qui de sorte Domini sunt, videlicet ex gratia & ordinatione Dei , ad diuinum cultum specialiter consecrati , ideoq; quasi pars, pars, seu hereditas Domini.

Porro inter Clericos quidam gradum nullum dignitatis, officij aut potestatis Ecclesiasticæ obtinent; sed solum tonsurati sunt, & consecrati , ac deputati, ut ad gradum aliquem ascendere possint. Alij vero in Ecclesia gradum habent traditum sibi potestatis ac ministerij ad peragendū S.S. missæ beneficium : atque hi proprie & per antonomasiā appellari solent ordines, id est, gradus Ecclesiastici Ministerij. Denique ordinatio dividitur ipsa actio consecratoria, qua gradus alicuius potestatis ad altaris ministerium alicui conferatur.

Ordinatio Clerici nō est mera deputatio personæ ad Ecclesiasticum beneficium , per potestatum ipsi ab Ecclesia traditam : quæ proinde ipsi iterum auferri possit, ut heretici arbitrantur : sed est stabilis & non iterabilis consecratio, ob quam tollata semel potestas, iterum amitti vel auferri sequit: licet eius exercitium alicui prohiberi post per suspensionem vel irregularitatem.

Hæretici nostri temporis , cum legitimis Episcopis careat, sacerdotes nullos aut clericos ordinare possunt, idque, quia nullam successionem à tempore Apostolorum habent , ideo solum per

Dddd merata

meram extrinsecam deputationē Ministro Pseu-  
do Ecclesiæ suæ creant qui mox si fortuna se ver-  
tat, iterum Laici, seu è populo aliqui fiunt, ut  
Tertull. Hieronym. S. Cyprianus annotarunt.  
Nec hæretici ullum sacerdotem ostendere pos-  
sunt, qui vel in veteri, vel in Catholica Ecclesia  
à laicis seu seculari potestate constitutus fuerit.

## C A P. II.

*Vtrum Sacra Ordinatio sit Sa-  
cramentum?*

1. **A**liud est ordo, aliud ordinatio. Nam ordo si-  
gnificat gradum potestatis ac ministerij Ec-  
clesiastici, qui Sacramentum non est, sed Effectus  
Sacramenti, videlicet sanæ Ordinationis, per quā  
eiusmodi potestas confertur.

2. Est autem assertio de fide, quod sit sacramen-  
tum Ordinis, siue quod Ordinatio, per quam Or-  
dinis potestas confertur, sit verè ac propriè Sa-  
cramentum. Prob. ubi est externum symbolum à  
Christo institutū, cum annexa promissione gra-  
tiæ, ibi est sacramentum: Hic autem habemus ex-  
ternum symbolum ac cérémoniam, videlicet, ma-  
nus impositionem: Secundò habemus promis-  
sionem gratiæ, teste Apostolo 1. Tim. 4. Noli ne-  
gligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per  
prophetiam, cum impositione manuum presby-  
terij. Exinde colligitur etiam tertium, esse illam  
cérémoniam diuinitus institutam. Neque enim  
Apostolus tam citò affirmasset, peream gratiam

con-